



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Decimaquinta. Persimilem esse demonstramus beatam Virginem
Paradiso voluptatis, quem Deus à principio condidit: ex qua similitudine
immaculata Virginis conceptio, ac mira eius excellentia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

Merit: *Omnia tua sunt admirabilia* (ô Deipara) omnia supra naturam, omnia ingentia, & cunctorum vires superantia. Hæretici tamen huic sacro Templo, id est, beatæ Virgini impolluto Dei tabernaculo pœnitentiâ à peccatis venialibus tribuunt. Catholici etiam nonnulli offerunt eidem Templo gratiam sanctificantem, & emundantem à præexistenti macula originali: at hæretici prohibentur munus illud pœnitentiæ offerre, nam præter D. Bernardum dicentem: *Ab innocentissimo eius corde pœnitentiâ longè fuit, sacrosanctum Concilii Tridentinum, dum veniale peccatum commississe negat, pœnitentiâ ab illa manifestè excludit; Catholici verò quidam etiam gratiâ mundantis, & facientis donum offerre huic templo non prohibeantur, eorum tamen oblationem necessariam non iudicamus, cunctis ferè iam fidelibus singulari cultu, ac religione ac summo applausu immaculatâ Virginis Conceptionem venerantibus. Cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

D. Bern. ser. de assumpt. Conc. Trid. sess. 7. c. 23.

HOMILIA XV.

Per similem esse demonstramus beatam Virginem Paradiso voluptatis, quem Deus à principio condidit: ex qua similitudine immaculata Virginis Conceptio, ac mira eius excellentia singulari eruditione illustratur in illa verba Genesis: *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem, quem formauerat.*

Genes. 2.



VM pergratum sit hoc argumentum, cuius tractationem nunc aggredi tento, mira illa deinde est consonantia, ac proportio inter terre-

stem Paradisum voluptatis à Deo conditum, & beatissimam Virginem, hortum deliciarum Dei, oportet pius stabilire veritatem Catholicam circa terrestrem illum Paradisum, à grauissimis quibusdam, Doctoribus acriter laceratam: ut enim docuerunt Diuus Augustinus & Diuus Anastasius, prius est statuentis literalis sensus, deinde spiritualis. *Vnde Angelicus Doctor dixit: In o. c. 21. mibus, qua sic scriptura tradit, est profuturum dameno tenenda veritas historie, & desu. lib. 7. in ex. per spirituales expositiones fabricande. O. mer. rigenes quidam, & Philo Iudæus ausi fuere contra totam Patrum antiquitatè falso effutire, Paradisi narrationem Moisaicam non historicam, sed mysticam esse: ita ut nullus vnquam fuerit in terra corporeus Paradisus, sed allegoricum tantum, & intellectualis. verba Origenis sunt hæc: *Quis verò ita idiotas inuenitur, ut putet velut hominem quendam Agricolam Deum plantasse arbores in Paradiso, in Eden contra Orientem, & arborem vitæ plantasse in eo; id est, lignum visibile, & palpabile, ita ut corporalibus dentibus manducans quis ex ea arbore, vitam percipiat, & rursus ex alia manducans arbore, boni, & mali scientiam capiat: sed, & illud, quod Deus post meridiem deambulare dicitur, in Paradiso, & Adam latere sub arbore boni, & mali, equidem nullum arbitror dubitare, quod figurali tropo hæc à scriptura proferantur, quo per hæc, quadam mystica indicentur. Hæc Origenes. Quibus persimilia sunt, quæ Philo Iudæus scribit; ubi recitata vniuersa Moysis de Paradiso sententia, hæc subdit: *Hæc potius Symbolicè, quàm reuera, & propriè pif. mundi videtur mihi Moses philosophatus. si qui & i. lib. dem arborem vitæ, & arborem cognoscendi bonum, nunquam, vel antea vel post è terra pullulasse, sed videtur Paradisum quidem innuere animi principatum, qui quasi infinitarum arborum, variarum opinionum est plenus. Per arborem autem vitæ, innuere pietatem, quæ maxima est omnium virtutum, per quam anima efficitur immortalis.***

K 2

Arbor

Arbor autem dignoscendorum bonorum & malorum, designat illi prudentiam in medio positam, qua natura contraria dijudicatur. Positis igitur his terminis in animo, tanquam iudex contemplantur, in quam se rapi partem permitteret. Vt vero affexerit, in seculum quidem inclinantem pietatem, & sanctitatem, ex quibus immortalis efficitur vita, continentem proiecit, ut par erat, & fugavit à Paradiso. ut ne spem quidem redeundi reliquam ei faceret. immedicabilia, & irreparabilia dans prænarranti anime. Ea enim deceptionis occasio, vel excusatio, fuit, non mediocriter desestabilis. Verum hanc sententiam tanquam fidei Catholice dissonam acriter impugnant omnes Antiqui Patres Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Ambrosius, S. Methodius, S. Thomas, necnon, & D. Chrysostomus, qui ad eius impugnationem, egregiam his verbis indicavit rationem: *cin. Dei c. 11.* Ideo Moyses describens Paradisum, & nomen Theodor. q. loci, in quo erat, scilicet Eden, & plagam orientalem, quam spectabat, & nomina fluminum à Paradiso egredientium, serè omnibus lib. de Paradiso cap. 1. liceret nugari volentibus decipere simpliciores, dicendo: nullum fuisse in terra Paradisum, sed in celo, & alias fabulas, suaque somnia iaclando. Nam si cum Moyses tantam in describendo Paradiso diligentiam posuerit, nihilominus tamen fuisse nonnulli fabulantes, non fuisse super terram Paradisum, multaq; alia à doctrina Moysi alienissima, inducentes, & verba eius alio sum, quam dicta sunt, detorqueutes, quid futurum fuisset, si non tam minutim, tam dilucide, denique tam enucleate Paradisum descripsisset? Hæc ille. Quoniam præiacto fundamento, narratio nem illam Moysæam: Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, historicam esse, & non mysticam, exordiamur quasi allegoricum sensum ex illa eruere, & quidem in primis, Paradisum illum, locum fuisse in Orientis partibus constitutum, auctor est Divus Isidorus, necnon & Divus Damascenus. Vnde Tertullianus canit:

*Est locus Eois Domino dilectus in oris,
Lux ubi clara nitens, spiratque salubrior aura,
Æternusque dies, atque immutabile tempus.
Nox ibi nulla, juus defendunt astra tenebras.*

Tertull. lib. de Iud. Damin. c. 8.

Hoc certe interest inter B. Virgintem, & reliquos homines naturali propagatione ortos, quod illi concipiuntur ad occidentem caliginosum peccati originalis tenebris suis animam offuscantem: beatissima autem Virgo instar Paradisi, concepta, ac nata fuit ad orientem solis iustitiæ, diuinæ gratiæ splendore eam irradiantis, qui à culpæ originalis tenebris illam præservavit: sicut enim Paradisus à principio sua præductionis luce clarissima illustratus fuit, & in ea usque in hodiernum diem perseverat, eaque fructu placuit Deo, & translatus est in Paradisum, sic, & B. Virgo primam, quam in sua Conceptione diuinæ gratiæ lucem accepit, eandem magis, ac magis auctam perpetuè conseruavit. Vnde David ad id significandum, comparat B. Virginis lucem orbium celestium luci: *Ponam, inquit, thronum eius sicut dies cæli.* Alii quidem sancti, licet Dei throni fuerint, erant tamen sicut dies terræ, quos atra nox antecedit, & subsequitur, ac immaculata Virgo fuit thronus sicut dies cæli, noctis expertus, nullam culpæ originalis obscuritatem admittens; unde de illa melius, quam de throno Salomonis verificantur verba illa. *Non est factum tale opus in vniuersa terra;* Deinde, si verum est, ut verissimum esse arbitror, quod eruditissimus Philoxenus in eleganti illa oratione, quam de arbore vitæ scriptam reliquit, tradit super portionem illam terre stiris Paradisi, illam Dei maledictionem: *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi, minime cecidisse: sic enim ait de Paradiso & eius plantis verba faciens: Nequaquam subiecta sunt execrationi, atque damnationi, hæc enim in eam modo terram pronunciatæ sunt, que extra*

Eccli. 44.

Psal. 88.

Iosue. 3.

Philoxe. orat. de arb. vitæ. Gen. 3.

Paradi-

Epiph. in Anchorat.
S. Hier. in c. 10. Daniel.
Aug. l. 12. de cin. Dei c. 11.
Theodor. q. 25. in Gen.
D. Ambros. lib. de Paradiso cap. 1.
S. Methodius apud S. Epiphani. her. 4.
S. Thom. q. 102. art. 1.
Gen. 2.
D. Isid. lib. 14. Ethym. 6. 13.
D. Damasc. l. 2. orthodox. fidei. c. 11.

Paradisum est, post violatam ab Adamo legem, ita ut ab ipsis Paradisus maneret immu-
 nis, sicut in hanc usque diem quoque immu-
 nis, liberque est, eoique delicatissime, & spe-
 ciosissime arbores in ipso etiam extant. Id ta-
 men non obscure præfiguravit comunem
 illam peccati originalis maledictionem
 vniuersam Terram infertilem, beatam
 Virginem Paradisum voluptatis Dei mi-
 nimè comprehensuram, sicut de sacro
 sacrosanctum Concilium Tridentinum
 in decreto vniuersali de peccato origina-
 li minimè voluit illam comprehendi. De-
 clarat, inquit, sacra Synodus, non esse sue
 intentionis comprehendere in hoc decreto (vbi
 de peccato originali agitur) beatam, & inma-
 culatam Virginem Mariam Dei Genitricem.
 vnde Abdias lib. 4. historię refert D. An-
 dream Apostolum dixisse, quòd sicut
 terra non maledicta fuit, ex qua primus
 Adam formatus est; ita B. Virgo terra
 fuit nunquam maledicta, ex qua secun-
 dus Adam conditus fuit. Atque hinc est,
 quòd sicut, id attestante Tertulliano, in
 Paradiso nunquam ab arboribus frondes
 defluebant, vt nostris accidit arboribus, è
 quibus tanquam superflua decidere so-
 lent non pauca folia, sic enim ait:
*Virentesq; grauant vberima germina ramos,
 Nulla cadunt folia, & nullo flos tempore destit.*
 Quod & Ezechiel non obscure pronun-
 ciasse videtur, dum ait: *Orietur in ripis eius
 ex utraque parte omne lignum pomiferum,
 non defluet folium ex eo, cui perlimile est
 quòd David dixit: Et folium eius non de-
 fluet: sic tanta fuit Virginis excellentia,
 vt nec ab eius ore ociosum verbum de-
 flueret, haud ab interiori homine super-
 fluum quidquam, aut superuacaneum in
 exteriorem hominem redundaret. Nar-
 rant etiam grauissimi auctores, Paradi-
 sum illum conditum fuisse in eminentis-
 simo omnium totius Orbis monte: Hi
 sunt: S. Thomas, Magister sententiarum,
 Alexander Aletensis, Beda, Rabbanus, Stra-
 bo, Abulensis, immò Albertus Magnus
 Magist. sent. 2. part. suæ Theologiæ ait: *Hoc tamen di-
 2. dist. 17. c. 3. co sine pr. iudicio melioris sententiæ, quia in**

quibusdam libris antiquissimis reperi, quòd il-
 lius sententiæ, quæ attribuitur Bedæ, & Stra-
 bo, primus auctor fuit Thomas Apostolus, quòd
 scilicet Paradisus tante altitudinis sit, vt vsq;
 ad lunarem globum ascendat. Hæc ille: sed
 quidquid sit de hac tanta illius loci subli-
 mitate, illud tanquam certum pronun-
 ciat D. Basiliius, quòd ob celsitudinem il-
 lius, nulla erat in Paradiso, immodica
 ventorum vis, nulla tempestatum pro-
 cella, nullus hyemis horror, nò veris ni-
 mia humiditas, non torrens æstatis ar-
 dor, non molesta autumnal siccatas, sed
 temperata, & pacifica omnium temporum
 inter se consonantia gauderet. superabat
 namq; Paradisus mediam ætatis regionè,
 vnde præfata incommoda oriri solent.
 Illud etiam tanquam rem indubitam
 tradidit Lactantius Firmianus in Carmi-
 ne de Phœnice aquarum alluionem vni-
 uersam terram inundantem, Paradisum
 ob nimiam eius altitudinem minimè at-
 tigitte.

Et cum diluuium merisset fluctibus orbem

Decalioneos exuperavit aquas.

simile quidpiam de Olympo Thessaliæ
 monte Socinus describit cap. 14. *Olym-*
pus, inquit, primum excellenti vertice tantus
attollitur, vt summa eius cælum accole vocet.
Ara est in cacumine toni dicata, cuius altari-
bus, si qua de esu inferuntur, nec distantur
ventis, & spiritibus, sed volente altero
amio, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi re-
peruntur, & literæ in cinere scriptæ ad al-
teram anni ceremoniam permanent. Quæ
omnia huic nostro argumento mirum
in modum congruunt: nam sicut inun-
datio illa vniuersalis sablimem illum Pa-
radisi locum contingere non valuit; ita
peccati originalis copiosissimus imber in
omnes filios Adæ grassanti fluctu deci-
dens, sacrum hunc beatissimæ Virginis
Paradisum ob gratiæ eius celsitudinem,
ac dignitatis Matris Dei eminentiam, nò
solum inundare, sed nec pertingere po-
tuit; adeò, vt non immerito Davidis ver-
ba ei accommodare nobis liceat: Verum-
tamen in diluuium aquarum multarum ad eum

Alex. Alet.
 2. p. q. 38.
 membro 1.
 Beda de stat.
 tempor.
 Rabban. &
 Strabo in 2.
 Gen.
 Abulens.
 ibid. q. 9.
 Albert. Mag.
 p. 2. Theol.
 tract. 13. q.
 79.
 D. Basil. in
 huius loci
 comment.

Lactan. Fir-
 mian.

Socinus.

Psal. 37.

non approximabunt. Et quemadmodum ob altitudinem Paradisus ille immunis erat à fulgure, & grandine, & omni alia acris inclementia; ita quia super verticem sanctitatis omnium Angelorum hic sacer Paradisus Mariæ conditus fuerat, ob hanc certè celsitudinem, peccatorum actualium grandines, fulmina, & peregrinæ impressiones quidquam nocumti ei asserre minimè poterunt. Ac tandem ad eum modum, quo ob eminentiam situs, cinis in cacumine montis Olympi semel relictus à nullo vento dissipari poterat, ad eundem etiam ob eminentiam sanctitatis Mariæ, pulverem humilitatis, quem Spiritus sanctus in ea infudit, vanitatis, aut superbiæ ventus dissipare, ac perdere nunquam valuit. Consonat his sententia D. Damasceni dicentis: In Paradiso animalia rationis expertia minimè fuisse, sic enim ait: *Dignus profecto locus Paradisus, ac dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fuerat, incolatus, in quo nullum irrationalium habitabat.* Id quæro quid aliud aptius adumbrare potuit, quam quod in hoc facto immaculate Mariæ paradiso peccata vlla per animalia rationis expertia significata, cum peccatum sit à regula rationis deviatio, nunquam admittenda forent? sicut etiam Paradisus in eo valde excelluit, omnes alios etiam regios hortos, quod, isti priusquam horti pulchritudinem obtinerent, rudis, inculta, & impolita terra fuerant, ille autem nunquam non fuit Paradisus, nunquam pulchritudine sua caruit, nunquam rudis, & agrestis terra extitit; non secus, quâvis reliqui omnes sancti horti sint, & Paradisi voluptatis Dei, prius tamen fuerunt in principio suæ formationis, & conceptionis agrestis, & rudis terra, utpotè peccati originalis ruditate deturpati; at beata Virgo à principio suæ conceptionis fuit Paradisus, atque adèd nunquam, nec per momentum pulchritudine Paradisi caruit, nunquam agrestis terra spinas, & tribulos germinans, quod, & in Paradi-

so illo terrestri nõ obscure adumbratum reperio, dum ait sacer textus: *Plantauerat Deus Paradisum à principio; arbitror enim cum D. Hieronymo de qq. Hebraicis. per hæc verba, non solum significari à principio constitutionis mundi Deum plantasse Paradisum, sed illum à principio, sub forma Paradisi condidisse.* Ita sanè accidit B. Virgini, quæ à principio suæ conceptionis sub forma Paradisi voluptatis Dei condita fuit, atque adèd absque rursitate peccati originalis, sed perge iam reliqua, quæ de paradiso illo terrestri sacra commemorant eloquia; sanctique Patres tradunt, Virgini adaptare. Doctores non pauci querunt, quanto tempore primus Adamus in paradiso illo commoratus fuerit? Quidam (etuditissimo, ac diligentissimo scriptore Barcephà referente) existimant, triginta tres annos inibi fuisse, & ea propter Christum Dominum per totidem annos transeurisse, pro expiando illius scelere; Alii, quadraginta tantum diebus paradisum incoluisse putant, ideoque Christum dies totidem in deserto ieiunasse, nimirum, ut eius ieiunium aduersus illam primi parentis ingluuiem, antidotum esset. Alii tradunt, per integram hebdomadam in paradiso extitisse Adamum, ita ut feria sexta intrauerit, & feria sexta sequenti ab eo prostrigatus fuerit, cui consenti ipse Barcephà. Alii (ut refert Abulensis) docuerunt solum per vnicum diem perstitisse: Alii plus vno die, quorum verba refert Maluenda de Paradiso capit 46. *Maluenda. Perreus.* Perreus autem eodem die, quo peccauit, expulsus putat primum parentem, à paradiso, tanquam indignum diutius ibi commorari; id quod verba Genes. si attentè perpendantur, non obscure indicant, dum id factum aiunt *ad auram post meridiem*, hoc est paulò ante solis occasum, in quam sententiam conspirant Cyrillus, Epiphanius, Diodorus, Tharsensis, & alii, quos refert, & sequitur Feuarden. in *tit. ad c. 15. lib. 5. lenis*

D. Tom. Damasc. lib. 2. de sid. Ortho. cap. 11.

Genes. 2.

D. Hierony.

Barcephà de paradiso refert.

Abulensis.

Maluenda.

Perreus.

Genes. 3.

Cyrril. Epiph.

phan. Diod.

relati à Feuarden. in tit.

ad c. 15.

lib. 5.

lenis

3. *Iren. Abulens. sup. cap. 1. Gen. Gerual. lib. de ocis imperialib. de-
sis. 1. q. 608.*

lensis ex aliorum sententia refert, per septem solum; at Geruasius lib. de ocis imperialibus, per nouem horas tradit in paradiso commemoratum fuisse primum parentem, quod presenti argumento misificè quadrat; nam totidem mensibus secundus Adam de cælo cælestis in paradiso materai vteri delituit. Vt tamen amplius mira vtriusque huius paradisi similitudo, atque conformitas innotescat, certè, sicut terrenus Adam formatus fuit ex terra desumpta ex quatuor mundi partibus, Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie, vt docuerunt S. Cyprianus, & S. Augustinus, qui ab antiquioribus Patribus id accepisse fatetur; ita cælestis Adam ex carne Virginis, quæ ex quadruplici virorum genere, Regum, Sacerdotum, Prophetarum, & Ducum originem ducebat (prout D. Mattheus refert in eius genealogia) carnem sumpsit: & sicut terra illa, ex qua primus homo factus est, terra erat rubea, vt docuit Eusebius de preparatione Euangelica, & Theodoretus quaest. 36. vnde sumpsit nomen Adam, quod Terra rubea interpretatur, vt iudem Patres adnotant; ita secundus Adam, Christus Dominus humanum corpus assumpsit ex terra rubea, hoc est, ex rubeo, & purissimo Mariæ sanguine: & quemadmodum (Tertulliano id affirmante) terra illa humana industria nunquam culta fuerat, sed virgo adhuc erat, nondum aratro compressa, nondum fementi subacta; ita secundus Adam huius secundi paradisi incola ex terra virginea viti operam nesciente efformatus fuit, ad quod respiciens D. Irenæus eleganter dixit: *Quemadmodum Protoplastus ille Adam de radi terra, & adhuc virgine (nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram) habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei (omnia enim per ipsum facta sunt): & sumpsit Dominus limum à terra, & plasmavit hominem; ita recapitulans in se Adam, ipse Verbum existens ex Maria, quæ adhuc erat Virgo, rectè accipiebat generationem Adæ recapitulationis.*

Cypr. tract. de montib. Syna, & Sion.

S. August.

Matth. 1.

Euseb. de prepar. Euang. l. 1. c. 4. Theod. q. 36. in Numeros.

Tertullian.

D. Iren.

Quòd si Moyses commemorat in paradiso illo primo, matrimonium factum fuisse inter Adam, & Euam; id sanè præsignificauit nuptias, quæ celebrandæ erant in paradiso vteri virginis inter humanitatem Christi, & Verbum diuinum: & quemadmodum ibi dictum est propter illud matrimonium: *Erunt duo in carne vna,* id est, in prole, quæ vnitas valde extrinseca est; sanè hic, (quòd mirabilis est) fatemur duo in persona vna, naturam scilicet diuinam, & humanam in vnitate intrinseca suppositi diuini. quod si etiam vinculum matrimonii illius indissolubile erat: *quos Deus coniunxit, homo non separet;* profecto vinculum vnionis hypostaticæ, humanitatis Christi cum Verbo multum per omnem modum illo strictius, & indissolubilius esse fide Catholica docemur, cum illud morte alterius coniugum dissolutum fuerit; vt de omni matrimonio generaliter docet D. Paulus: *hoc verò etià morte ipsa per corpus grassante, & animam ab eo diuidente, Verbi vnionem eum illo nulla ratione dissoluere potuit; Mansit Verbum vnitum corpori in sepulchro, mansit vnitum animæ in limbo.* Vt tamen multa paucis comprehendamus, si sexta die creatus est primus Adam, eadem cruciatus est secundus; hora illius diei tertia inductus est Adam in Paradisum, & seruator noster tertia hora extractus est ab vrbe Hierusalem humeris crucem suam baiulans; Et quo tempore Adam manus protendit ad decerpandos fructus veritos, eodè Christus suas distendit super lignum, vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vincceretur: Rursus à sexta ad Nonam horam exutus est Adam sua gloria; & etià Christus sol iulitæ nudus in cruce existens à sexta ad nonam vsque horam amisso vitæ splendore obscuratus est, atque vniuersa creatura luctu cooperta, quasi refricata pristini Adæ calus memoria: *Elapsa deinde nona hora, dispersæ, atque abactæ sunt tenebræ; quæ significabatur, soluta iam tunc esse ea mala, quæ*

Moyses.

Genes. 2.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Genes. 1.

Matth. 20.

genus

genus humanum circumdederant. Insuper quo tempore cōfossus Dominus no-
 ster lancea, eodem à Cherub. custode Pa-
 radisi, & arboris vitæ, vibrata est lancea,
 sed cum hoc discrimine, quod illa ingres-
 su terrestris paradisi interdicebat, hæc ad-
 itum ad cœlestem parat. Denique qua
 hora pulsus est à paradiso Adamus, à Deo
 eadem prorsus à Christo missa est in Pa-
 radisum anima latronis. Moyses rursus
 de paradiso agens, dixit continere omne
 lignum pulchrum visu, & ad vescendum sua-
 ve, & lignum vitæ in medio paradisi: non se-
 cus Deus in amœno hoc Virginis paradi-
 so, cunctarum produxit gemina gratia-
 rum, & exemplaria virtutum; ipsum quo-
 que lignum vitæ, Christum Dominum
 posuit in medio vteri eius, cuius foliis sa-
 nantur infirmi, cuius odor vivificat mor-
 tuos, cuius sapor dulcorat amaros, cuius
 umbra refrigerat miseros, cuius aspectus
 lætificat Angelos. Verior hic ortus, quia
 si ortus inde nominatur, quia aliquid
 semper ibi oriatur, & cum alia terra semel
 in anno aliquid proferat, ortus nūquam
 sine fructu est; ceterè ex Maria natum est,
 & nunquam deficit, fructus, qui nunquā
 marcescit, fructus saluberrimus, de quo
 dictum est: Qui manducat me, ipse vivet pro-
 pter me, fructus tandem vnus, & vnicus,
 sed multiplex virtute, in quo cum huma-
 nitas, & diuinitas eidem personæ insint,
 duplex in ipso est refectio, Ciuius, & Pe-
 regrinis. Cuius beatus, & comprehensor
 ipso vescitur ad iucunditatem; Peregrin-
 nus, & viator homo ipso vescitur ad sani-
 tatem: extra ipsum sanitas non est, nisi
 falsa; iucunditas, non nisi mortifera. De
 veteri, & terreno paradiso fluvius egre-
 diebatur ad illum locum voluptatis irri-
 gandum, qui post in quatuor capita diui-
 debatur, de isto nouo, & cœlesti paradiso
 flumen illud egressum est, de quo legitur:
 Fluminis imperius lætificat ciuitatē Dei, quod
 inde diuiditur in quatuor Euangelia: flu-
 men hoc Christus est, paradisis verd vte-
 rus virginis, quem Spiritus sanctus tan-
 ta gratiarum abundantia perfudit, vt fi-

lio Dei fietet Hortus voluptatis, vnde exi-
 uit fluvius Dorix, rapido charitatis suæ
 cursu, totum mundum sapientie suæ
 fluentis perfundens. Quid plura de hoc
 facto proferam paradiso: magna pauper-
 culus proferre non valeo, exigua dicere
 animus abhorret. suppleat ergo inopiam
 nostram secundissimi illius Alani copia,
 qui in illa verba: Hortus conclusus, fons si-
 gnatus, tam pie, quam sapienter dixit: Ma-
 ria hortus est, in quo non rose patientiæ, nec
 lilia virginitatis desunt, in quo rosa domini-
 ci corporis, & sanguinis, in quo lilium ca-
 stratus conclusus, quia vtriusque clausus,
 studio hanc intentionis, & consideratio-
 ne rationis. Hortus conclusus, Soror mea spon-
 sa, quia vallo charitatis signatus, ne irrum-
 pere possit malignus: conclusus, quia Angelo-
 rum custodia circumseptus. Soror mea per di-
 lectionem, sponsa, per naturæ vniionem. Hor-
 tus conclusus, hic ideo repetitur, vt perfectio
 Virginis in actione, & contemplatione note-
 tur, vel in duplici Virginitatis specie. Conue-
 nit hortus, vt sit æqualis, sepius, satius, distin-
 ctus, relictus, & vber. Æqualis, vt rigetur; so-
 pius, vt seruetur; satius, vt fructificet; distin-
 ctus, vt deleat; relictus, vt capiat aërem; vber,
 vt præbeat copiam. Et tu Virgo Dei Genitrix,
 fusti vber hortus, copia plenitudinis, fons, in
 quo ineffabile misericordiæ flumen, in quo
 gratiarum omnium irriguum, fons, quem in
 sinu suæ pietatis recipit lachrymarum nostra-
 rum profluum; signatus fidei sigillo, Euange-
 licæ veritatis signaculo, & virginitatis pessu-
 lo; ita, vt nec Hæretici, nec Demones, in te fi-
 dem, vel Euangelij veritatem possint infirma-
 re: Hæc ille.
 Sed iam tempus est, vt flammea illa se-
 ra, qua clausus fuit olim primus ille paradi-
 sus, nostra claudatur oratio: Collocavit, Geneſi.
 inquit Moyses, ante Paradisum voluptatis
 Cherubin, & flammeum gladium, atque ver-
 satilem ad custodiendē viam ligni vitæ: Hæc
 verba historicè esse accipienda, vt cætera
 omnia antecedentia, cum eodem verbo-
 rum tenore enarrantur, communi con-
 sensu Patres docent, quos à principio re-
 tulimus: vnde non possum non mirari,
 cum

Genes. 2.

Ioan. 6.

Psalm. 45.

Ioel. 2.

Alanus su- per 4. Cant.

Genes.

Tansen. in ca.
143. Concor.
Honcala in
3. Gen.
Pineda lib.
1. monarch.
c. 11. f. 2.

Chrysoſt. ho-
mil. 18. in
Genef.
S. Gennad. in
græca Cate-
na Gen. 3.
S. Eucherius
Beda, Abul.
Yatab.
Hugo de S.
Victor. Pe-
rer. super c.
3. Gen.

Magiſt. ſen-
in 2. diſt. 10.
Scot. Durand.
ibid.
S. Dionys. de
cœleſt. hie-
rarch. lib. 9.
cap. 13.

eum tutum non fit aliter sentire, viros
alioquin perdoctos, Cornelium, Ianſe-
nium, Honcalam, & Pinedam hoc loco
allegoriam tantum, ac metaphoram va-
lidam, ac perpetue oclusionis Paradisi ag-
nouisse. hoc supposito, quamuis Proco-
pius, Gazeus, & Theodoretus Heraclæ
Episcopus, nec non & Theodoritus q. 40.
existimant Cherubinum illum nõ fuisse
se verè spiritum aliquem Angelicum, sed
simulachrum quoddam aspectu terribile
ad incutiendum terrorem primis paren-
tibus more agricolarum, qui in fatis, &
hortis ligneos palos defigunt laceris hu-
manarum vestium pannis indutos, vt co-
terriculam enti genere à seminum, atque
frugum pascu deterreant. Verùm D. Chry-
sostomus custodem Paradisi verum An-
gelum fuisse docet. Idem S. Gennadius,
S. Eucherius, Beda, Abulensis, Vatablus,
& alii permulti, tam antiqui, quam re-
centiores scriptores in tertium caput Ge-
nesis, secuti D. Augustinũ, in Comment.
eiusdem Genes. hæc dicentem: *Ordinavit
Cherubim, & flammam romphæam, quæ ver-
titur, custodire viam ligni vite, hoc per cele-
stes vique potestates etiam in Paradiso visi-
bili factum esse credendum est, vt per angeli-
cum ministerium esset illic ignea quedam cu-
stodia. an verò custodia illa angelica, esset
ex Cherubinis, an verò ex interiori alia
Hierarchia, non est concursus omniũ sen-
tentia. nam D. Chrysoſtomus, D. Augu-
stinus, & S. Gennadius supra relati cum
aliis, quos refert Moyses Barcephã c. 28.
apertè volunt, custodiam illam fuisse ex
Cherubinica Hierarchia, licet enim or-
dinariè non mittantur Cherubini, aut
alii superiorum ordinum in ministerium
horum inferiorũ, extraordinariè tamen
aliquando, licet rarò, supremos Angelos
mitti docuit Magister sententiarũ, quem
secuti sunt Scotus, Durandus, & per plu-
res alii famosi Theologi. At S. Thomas
secutus D. Dionysium, & magnum Gre-
gorium docet superiores Angelos mini-
mè mitti ad hæc externa ministeria, atq;
adeò multo minus, ad humile illud mi-*

nisterium custodiendi terrestrem paradi-
sum. Quare autem (si ita res se habet) di-
ctus fuerit custos ille Cherubim, respon-
det idem D. Thom. p. p. minores Ange-
los interdum mutare nomina supremo-
rum propter aliquam ministerii analo-
giam, quomodo Isaias dixit: vnum de Se-
raphinis igne purgasse labia illius, quia
Seraph, incendens interpretatur: simili er-
go ratione custos ille angelicus vocatur
Cherubim, ex ministerio assumpto, quo-
niam Paradisus fuit oclusus homini eò,
quod extendit manum ad fructum arbo-
ris scientiæ: *Cherubim* autem interpreta-
tur *scientiæ plenitudo*. In explicatione au-
tem flammæ gladii, atque versatilis, Do-
ctores in varias abièrunt sententias, nam
Sanctes Pagninus vult illũ fuisse ferrum
lanceæ linguæ flammæ speciem præse-
ferentem. LXX. Interpretes exponunt,
laminam gladii tersam, politam, ac ful-
gentem fuisse, quæ vt flamma splende-
ret. S. verò Cyprianus, Guilielmus Ham-
merus, Tertullianus, & S. Thomas flam-
meum illum gladium interpretatur esse
torridam Zonam. Lactantius verò Fir-
mianus lib. diuinarum Instit. Rupertus,
Hugo Vict. Lyranus, Abulensis existimat
flammeum illum gladium esse murum
quendam ignis ex terra ibi erumpentis,
vt in Ethna Siciliæ, Vesuuio Monte, &
noui Orbis Vulcanis; vel certè à Deo ibi
dem de nouo creati, quo Paradisus veluti
impenetrabili septo toto ambitu, esset ex
omni parte circumuallatus. In tanta opi-
nionum varietate, illa procul dubio ma-
gis mihi arridet, quæ docet aciem gladii
versatilis, seu ex vtraque parte acuti, fuisse
figuram quandam igneæ lanceæ, quam
Cherub. manutenens, atque coruscans
protulit primos parentes à Paradiso,
& ab arbore vitæ arcebat. qua præmissa
literali intelligentia, mysticam, & a le-
goricam ingrediamur. In eo certè faciliè
detegemus, quàm rectè paradisi ille
beatam Virginem adumbravit in sua cõ-
ceptione; sicut enim Paradisus ille admi-
sit in se Adamum innocentem, minimè

S Greg. hom.
34. in Euag.
D. Thom. p.
p. q. 112. ar.
2. ad secun-
dum.
Isaiæ 6.

Sanctes Pa-
gninus in
thesauro.
LXX. in c. 3.
Genes.
S. Cypria. lib.
de Gen. c. 2.
Guiliel. Ha-
mer. ibid.
Tertull. Ap-
polog. c. 47.
S. Thom. 2.
2. q. 164. ar.
2. ad quintũ.
Lactan. Fir-
mian. lib. 2.
diuin. Instit.
c. 13.
Rupert. Hu-
go de S. Vi-
ctore, Lyra-
nus, Abulen.

verò recepit Adamum peccatorem, sed longè à se propulsauit; ita beatissima Virgo in puncto suæ Conceptionis non admisit Adamum primum peccati originalis labe illam inficientem, sed clausit illi ostium, ut idonea esset ad recipiendum in se secundum Adamum ex præuis eius meritis illam ab omni macula præseruatam Angelum enim custodientem Paradisi ostium apparuisse sub specie humana, ut tradit S. Gennadius super tertium caput Genesis, non obscure significasse mihi persuadeo, filium Dei custodem, ab instanti Conceptionis beatæ Virginis, futurum esse, magni consilii Angelum sub specie veri hominis, sicut & ipse sub eadè custos fuit portæ virginis clausuræ, Ezechiele dicente: *Porta hæc clausa erit Principi, Princeps ipse sedebit in ea.* Vnde merito ipsa verba illa Iudith contra Holofernem triumphantis sibi vsurpans, intonare potest: *Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem,* hoc est, aduersus omne genus peccati, in Conceptione, in totius vitæ decursu, & in fine illius, diuina gratia me præmuniuit. Sicut enim ob illam custodiam Angelicam bestiarum agri in Paradisum ingredi prohibebantur, ne quoquo modo illum deireparentis ita bestiarum, ac ferarum peccatorum in hunc sacrum Paradisum Virginis intrare prohibita sunt; vnde sponsus ait illi: *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus,* ecce triplicem clausuram indicat; ut ostendat clausum fuisse hunc cœlestem Paradisum triplici peccatorum generi, originali, mortali, & veniali. Vel aliter eadem verba exponere possumus: Primò, ut dicamus singularem Virginis excellentiam in eo denotari, quod facta fuerit soror, sapientiarum genitrix Patris: sicut enim hæc ait: *Primogenita sum ante omnem creaturam;* ita & B. Virgo, velut soror eius gemella per gratiam gloriatur, dicens: *Ante omnes colles ego parturiebar.* vnde Hugo de Sancto Victore lib. 2. Institut. monast. serm.

60. ait: *Soror vocatur, cœlestis hereditatis participatione: sponsam verò illam vocat, quia cum Deo coniuncta diuinam prolem humana carne indutam procreauit.* Vocat deinde illam: *Hortum conclusum,* ut significaret, animam eius nulli peccato fores aperuisse; fontem verò signatum dicit eam, ut sigillum virginitatis eius designaret. Vel dicamus aliter cum Ioanne Pico super Cantic. lib. 2. cap. 24. vocari *Virginem hortum* propter fecunditatem, & *conclusum* propter clausuram virginitatem ante partum, propter eandem verò post partum vocari fontem signatum. Hunc ergo tam amicum, tam florentem; atque sibi deliciosum Paradisum contemplans idem sponsus, in illa dulcia verba prorupit: *Emissiones tuas, sicut Paradisus;* quæ sequenti homilia elucidabimus, ne hanc longiorem, quam par est, habeamus.

HOMILIA XVI.

Eandem Paradisi metaphoram prosequimur: ostendentes, quàm aptè beatissima Virgo in sua Conceptione se comparauerit insignioribus arboribus, quæ in illo consistaerant, ut Cedro, Cypressso, Cinnamomo, Ficui, Malo granato, & Palmae.



NER alia pleraque externa indicia, quibus Deus optimus maximus à principio constitutionis mundi amorem, quo hominem prosequatur, exhibuit, non infimum locum tenet, quod, ut honorifice illum hospitio reciperet, *Paradisum voluptatis,* & (ut vercit Simmachus) *Paradisum florentem,* sicut & Angelis cœlestem, itaquam proprium domicilium ei præparauit. Cuius quidem plantationis tam sollicitam curam gessit, ut D. Hieronymus affirmet, primum fuisse opus eorum, quæ Deus effe-

S. Gennad.
super cap. 3.
Genes.

Ezech. 44.

Iudith. 13.

Cant. 4.

Eccles. 24.

Prou. 8.
Hugo de S.
Victore.

Ioan. Pic su-
per Cant. lib.
2. cap. 14.

Cant. 4.